Copia della Bolla per l'erezione della Parrocchia di Torelli —

Primum et maximum Episcoporum munus est animarum saluti consulere ut oves sibi commissas salubri et copioso cibo spirituali, meliori quo fieri potest modo, alere et reficere possint ad perfectionem ac sanctitatem vitae ecclesiastico ministerio acquirendam.

Quod ut aptius et commodius evaderet, ab antiquissima aetate factum est ut Episcopi, qui a Spiritu Sancto missi sunt ad regendam Dei Ecclesiam, multiplicata fidelium copia, et operarios multiplicare necessarium ducerent et paroecias, ubi congruum erat, fundare et instituere maxime satagerent.

Nam per erectionem parochialium Ecclesiarum veri constituuntur greges cum respectivis iuribus et obligationibus inter pastores et fideles, adeo ut pastores, seu sacerdotes, animarum cura onerati, non tantum ex caritate, sed ex stricto iustitiae iure vigilare, pascere, docere et sanctificare oves sibi commissas teneantur, et fideles propriis pastoribus, tamquam parentibus, obtemperent.

Consideratis igitur sedulo omnibus circumstantiis visisque omnibus videndis, speciali Providentiae Divino beneficio, occasionem propitiam erigendi et instituendi novam paroeciam in loco vulgo dicto "Torelli - frazione di Mercogliano" Nobis ultro propositam et oblatam habuimus et reputavimus.

Itaque I. Visa S. Concilii Tridentini Sessione XXI Cap. IV nec non Can. 1427 p. 2ª Codicis Iuris Can.ci nonnullis conditionibus occurrentibus v. g. locorum distantia, qua Parochiani, non sine magno incommodo ad recipienda Sacramenta, divina audienda, ad paroeciam propriam vel proximiorem accedere possunt, fidelium numero, Ecclesia decenti et apta, dote competente iam assignata Sacerdoti ad paroeciam deputato pro congrua Parochi sustentatione et pro his quae cultui necessaria sunt.

II. Visa topographica descriptione Nostra iussu exarata, qua extentionis confinia et loca nominatim sunt expressa et in qua 1500 incolae circiter comprehenduntur, ac ex qua resultat distantia maxima et minima a Paroecia principali Mercuriani.

Ipsam paroeciam statuimus, erigimus ac fundamus et omni meliori, quo possumus modo, decernimus ut fideles omnes, qui antea in loco praedicto cum paroecia principali sub titulo S. Petri erant comprehensi et in communione conviventi, sint in haec die in nova hac, quam fundamus, Paroecia inscripti, incorporati et in spiritualibus dependentes a novo Parocho pro tempore pro eadem Paroecia a proprio Ordinario eligendo atque canonice instituendo.

Volumus tamen ut sequentibus regulis atque conditionibus nova praedicta Paroecia in perpetuum regatur et gubernetur: a) Omnia quae a iure communi praescripta sunt et a Concilio Tridentino ac Canonum Constitutionibus in peragendis parochialibus officiis, servanda erunt sine ulla exceptione,

b) Novus Parochus vocetur "Parochus Ecclesiae S. Nicolai Ep. et Conf. Taurellorum (frazione di Mercogliano)",

c) Titularis et Patronus novae Paroeciae est S. Nicolaus Ep. et Conf., cuius dies festus recurrit die 6 mensis decembris,

d) Statuimus ut novus Parochus si invitatur ad processiones vel exequias, quae fiunt in Paroecia Mercuriani, locum habeat post Adm. Rev. Archipresbyterum S. Petri et insignia paroecialia, id est superpelliceum et mozettam violaceam, albo ermellino circumsutam, induat,

e) Die festo Titularis Ecclesiae novae paroeciae, nempe die 6 decembris Archipresbyter S. Petri ius habet interveniendi et canendi missam et vesperas solemnes, in omnibus aliis festis ius officiandi est solius novi Parochi localis, qui onus habet e contra interveniendi in die festo Titularis Ecclesiae S. Petri et in die festo Patroni S. Modestini et Soc. MM.,

f) Archipresbyter S. Petri Mercuriani onus habet praestandi gratis particulas et notitias omnes ex registris parochialibus renatorum, mortuorum et matrimoniorum, quae necessariae sunt

Primum et maximum Episcoporum munus est animarum saluti consulere ut oves sibi commissas salubri et copioso cibo spirituali, meliori quo fieri potest modo, alere et reficere possint ad perfectionem ac sanctitatem vitae ecclesiastico ministerio acquirendam.

Quod ut aptius et commodius evaderet, ab antiquissima aetate factum est ut Episcopi, qui a Spiritu Sancto missi sunt ad regendam Dei Ecclesiam, multiplicata fidelium copia, et operarios multiplicare necessarium ducerent et paroecias, ubi congruum erat, fundare et instituere maxime satagerent. Nam per erectionem parochialium Ecclesiarum veri constituuntur greges cum respectivis iuribus et obligationibus inter pastores et fideles, adeo ut pastores, seu sacerdotes, animarum cura onerati, non tantum ex caritate, sed ex stricto iustitiae iure vigilare, pascere, docere et sanctificare oves sibi commissas teneantur, et fideles propriis pastoribus, tamquam parentibus, obtemperent.

Consideratis igitur sedulo omnibus circumstantiis visisque omnibus videndis, speciali Providentiae Divino beneficio, occasionem propitiam erigendi et instituendi novam paroeciam in loco vulgo dicto "Torelli - frazione di Mercogliano„ Nobis ultro propositam et oblatam habuimus et reputavimus.

Itaque I. Visa S. Concilii Tridentini Sessione XXI Cap. IV. nec non Can. 1427 p. 2a Codicis Iuris Canci nonnullis conditionibus occurrentibus v. g. locorum distantia, qua Parochiani, non sine magno incommodo ad recipienda Sacramenta, divina audienda, ad paroeciam propriam vel proximiorem accedere possunt, fidelium numero, Ecclesia decenti et apta, dote competente iam assignata Sacerdoti ad paroeciam deputato pro congrua Parochi sustentatione et pro his quae cultui necessaria sunt.

II. Visa topographica descriptione Nostra iussu exarata, qua extentionis confinia et loca nominatim sunt expressa et in qua 1500 incolae circiter comprehenduntur, ac ex qua resultat distantia maxima et minima a Paroecia principali Mercuriani.

Ipsam paroeciam statuimus, erigimus ac fundamus et omni meliori, quo possumus modo, decernimus ut fideles omnes, qui antea in loco praedicto cum paroecia principali sub titulo S. Petri erant comprehensi et in communione coniuncti, sint in haec die in nova hac, quam fundamus, Paroecia inscripti, incorporati et in spiritualibus dependentes a novo Parocho pro tempore pro eadem Paroecia a proprio Ordinario eligendo atque canonice instituendo.

Volumus tamen ut sequentibus regulis atque conditionibus nova praedicta Paroecia in perpetuum regatur et gubernetur: a) Omnia quae a iure communi praescripta sunt et a Concilio Tridentino ac Canonum Constitutionibus in peragendis parochialibus officiis, servanda erunt sine ulla exceptione,

b) Novus Parochus vocetur "Parochus Ecclesiae S. Nicolai Ep. et Conf. Taurellorum (frazione di Mercogliano)„,

c) Titularis et Patronus novae Paroeciae est S. Nicolaus Ep. et Conf., cuius dies festus recurrit die 6 mensis decembris,

d) Statuimus ut novus Parochus si invitatur ad processiones vel exequias, quae fiunt in Paroecia Mercuriani, locum habeat post Adm. Rev. Archipresbyterum S. Petri et insignia paroecialia, id est superpellicium et mozettam violaceam, albo ermellino circumsutam, induat,

e) Die festo Titularis Ecclesiae novae paroeciae, nempe die 6 decembris Archipresbyter S. Petri ius habet interveniendi et canendi missam et vesperas solemnes, in omnibus aliis festis ius officiandi est solius novi Parochi localis, qui onus habet e contra interveniendi in die festo Titularis Ecclesia S. Petri et in die festo Patroni S. Modestini et Soc. MM.,

f) Archipresbyter S. Petri Mercuriani onus habet praestandi gratis particulas et notitias omnes ex registris parochialibus renatorum, mortuorum et matrimoniorum, quae necessariae sunt sive in conficiendis actis matrimonialibus, sive ad alium quodcumque officium parochiale novo Parocho peragendum,

g) A prima die, qua possessionem de nova paroecia accipit, conficiat Parochus, ad tramitem Ritualis Romani, libros parochiales, in quibus scribere debet, omni cum diligentia, natos et baptizatos ex parentibus in nova instituta paroecia degentibus, nec non mortuos et eos qui coram Ecclesia

matrimonium contrahebunt,

h) Conficiat etiam animarum statum secundumus decreta a praedecessoribus nostris in Pastorali Visitatione data,.

Omnia quae hic praevisa non satis fuerunt, ad tramitem iuris communis Ecclesiae pertractanda erunt et in casibus specialibus recursus fiat ad Ordinarium pro tempore existentem.

Datum ex nostra residentia Laureti Montisvirginis die 1ª Januarii 1920

+ Joseph Ramirus O.S.B.
Abb. Ord.